

quoniam vulgo Consuli Amanuensem  
vel patrem juratum dicimus: is  
citando domi sua, jussu Consulis,  
denunciat, a quo & ad quem judicium  
sit citatus, quandoque in judicio se  
sistere debet. B. 6. dist. 1. & 2.

Citandus, si domi fuerit repertus,  
sine mora die & hora citationi pre-  
fixa comparere, & adionem contra  
se audire tenetur. A. 45. dist. 2.

Sed si ad primam citationem non  
comparuerit, de consuetudine adver-  
sus eum altera citatio procedit, cui  
jam nisi parat, <sup>prole</sup> ex pro forens ad  
comparandum in foro compellitur.  
A. 45. dist. 6. Nisi fore legi-  
timis causis impeditus fuerit: Namque  
tunc in judicio quocumque modo jussu  
se excusat, & alterum terminum  
ad comparandum sibi assignari li-  
citi petit. B. 6. dist. 2.

Verum citandus, si domi inventus  
non fuerit, & scire sit illum esse de  
mi futurum, tunc citatio per Ama-  
nuensem domini ipsius affigi vel mi-  
scribi, & de ea uxor vel familia illius  
certiorari potest. B. 6. dist. 5. Insuper pro-  
vinc. C. 3.

a. Jussu mandat citari eum  
ad instantiam partis adversae, gl.  
in c. cum parati, de appellat. Et  
Bl. in l. cum clericis denunciat.  
C. de Episc. & Cler.

b. Barbat. in c. postpositi, in 18 col.  
de probat.

c. Idem sub pena contumacia, quia  
citatus contumax nullus est.

d. De Jure Caesaris tres sunt cita-  
tiones aut una peremptoria l. ad  
peremptorium, cum seqq. ff. de judic.  
& l. contumacia ff. de re jud. l. tres  
denunciations. C. quod & quando

e. Citatio ad domum de Jure con-  
quod & quando fiat vide l. diffamari.  
C. de ingen. manumiss. & Br. in l. si  
tamen. ff. de leg. 2.